## Diuiſiones decem nationū totius chriſtianitatis.

Notandū q̄ gentes chriſtianoꝝ diuiduntur in decem nationes: videlicet Latinos: Grecos: Indos: Jacobitas: Neſtorianos: Moronitas: Armenos: Georgianos: Surianos: ⁊ Mozorabes.

Prima natio.

¶ Latini habent papam ⁊ imperatoreꝫ Romanoꝝ pro ſuperioribus ⁊ reges multos: videlicet regem Francie in natione Gallicana ⁊ multos duces ⁊ comites.

¶ In natione Hyſpanica ſunt reges Caſtelle: Legiōis: rex Aragonie: rex Portugalie: rex Nauarre: ac multi duces ⁊ comites.

¶ In natione Italica rex Sicilie: rex Neapolitanus ⁊ multi duces marchiones ⁊ comites videlicet Venetiarum: Florentie: Senarum: ⁊ Janue.

¶ In Germanica autem natiōe preter Imperatorem qui debet eſſe Alemannus ſunt reges

multi videlicȝ rex Anglie: rex Scotie: rex Ungarie: rex Bohemie: rex Polonie: rex Datie rex Friſie: rex Suetie: rex Norwegie: rex Dalmatie: rex Croacie &c. Et multi tam grauiū duces & comites &c. Item in inſula Cypri rex Cyprie: omnes predicti ſunt obedientes eccl'ie Romane.

Secunda natio.

¶ Greci habēt patriarcham Conſtantinopolitanum archiepiſcopos epiſcopos abbates &c. in ſpiritualibus. In temporalibus Imperatorem duces comites hyſbotū &c. Pauci tamē ſunt nūc numero: quia Agareni & Turchi occuparunt & receperunt maiorem partē grecie & iſti non obediunt Romane eccleſie: & habēt errores multos & ſunt condenmati per eccleſiam: quia dicunt ꝙ ſpūs ſanctus nō procedit a filio & ꝙ non ſit purgatorium.

Tertia natio.

¶ Indi ſunt quorum princeps eſt pbr̄ Iohānes de indijs: huius ptās & numerus excedit oēs chriſtianos. Nā habet ſub ſe ſeptuagintaduos reges. Et qñ dictus dn̄s pbr̄ Ioānes equitat

ſemper facit portare crucem ante ſe ligneam.
Sed quando vadit ad bellum tunc facit porta
re duas cruces: vnam de auro aliam de lapidi
bus precioſis. In illa terra eſt corpus ſancti
Thome apoſtoli in maxima veneratione.

### Quarta natio.

¶ Jacobite dicti a Jacobo heretico diſcipulo
patriarche Alexandrini: hij in partibus orien
tis occupãt magnam partem Aſie ⁊ terrã mã
bre eſt propinqua egyto: ⁊ terram Ethiopie
vſq; ad Indiam pluſq; quadragita regna. hij
circunciduntur ⁊ baptizantur cũ ferro ignito
carecterũ crucis imprimunt in frontibus ⁊ in
alijs partibus corporis vt ĩ pectore vel in bra
chijs. Hij confitentur ſoli deo ⁊ non ſacerdo
tibus indorũ ⁊ agarenorũ: hij dicunt in chriſto
eſſe tantum naturã diuinam. aliqui eorũ loquũ
tur lingua Caldea: alij Arabica: alij vero alijs
linguis ſcdʒ diuerſitatem nationũ. Iſti fuerũt
condemnati in concilio Calcedoneñ.

### Quinta natio.

¶ Neſtoriani a neſtorio heretico diſcipulo ſic
vocati qui fuit Cõſtãtinopolitanus: hij ponũt

In chriſto duas perſonas vnam diuinam:aliã vero humanam:⁊ negant beatam mariam eſſe matrem dei ſed bene hoīs Jeſu:hij vtũtur lin gua chaldea in ſuis ſcripturis ⁊ conficiũt cor⸗ pus xp̄i in fermento: hij inhabitant Tartariã ⁊ maiorem indiam ⁊ ſunt multi numero·terra eorum continet tantũ ſicut Almania ⁊ Jtalia· hij heretici fuerunt condamnati in Synodo ephcſina ⁊ fuerunt diuiſi ab eccleſia Romana ⁊ permanſerunt in ſua pertinatia·

Sexta natio·

¶ Moronite a quodã heretico Morone qui vnum intellectum ⁊ vnã voluntatẽ in xp̄o tm̄ ponunt hij inhabitant Libiam in prouincia fe nicis ī magno numero prelijs edocti ⁊ experti ſpecialiter vtuntur arcubus ⁊ ſagittis more la tinoꝝ campanis ⁊ eorũ ep̄i annulis mitris ⁊ baculis paſtoralibus vtũtur in ſcripturis diui nis littera caldea:⁊ in vulgari arabica vtũtur Hij aliquãdo fuerunt ſub obedientia romane eccleſie· Nã eoꝝ patriarcha erat in cõſilio ge⸗ nerali Lateranē celebrato Rome ſub Jnno centio·iij·Sed poſtea receſſerũt·hij primo fue

runt condemnati in ſynodo Conſtantinopoli-
tana:poſtea redierunt ad obedientiam eccleſie
Romane ⁊ iterum reuerſi ſunt ad ſuā opinio-
nem falſam in qua perſeuerant.

Septima natio.

¶ Armeni habitant in regno Armenie prope
Antiochiam:hij proprium ydeoma ⁊ linguam
cōmunem omnib⁹ ⁊ ſcripturas ſctās ⁊ officiū
eccleſie cantant ⁊ dicunt in vulgari lingua ita
ꝙ ab oībus ſecularibus viris ⁊ feminis intel-
liguntur:habent ſuū primatem quam vocāt ca
tholicom cui obediunt velut pape cum magna
deuotiōe ⁊ reuerētia. Quadrageſimā ieiunāt
in qua nō cōmedunt piſces:nec bibunt vinum
in diebus tamen veneris comedunt carnes.

Octaua natio.

¶ Georgiani a beato Georgio quem habēt in
prelijs in patronum ⁊ habitant in partibus ori
entalibus.eſt populus multū pulcher:fortis ⁊
delitioſus Medis Perſis Aſſuris in quorū
cōfinibus cōmorantur valde formidoſi vtūtur
lingua greca:vtunt̄ ſacramētis modo grecoꝝ
clerici habent coronas rotundas in capitibus

raſas:ſeculares vero quadratas:⁊ quādo veniunt ad ſanctum ſepulchꝛum nō ſoluunt ſarracenis tributum ⁊ ingrediūtur hieruſalem cum vexillis erectis quia ſarraceni eos timēt: eoꝝ femine vtuntur armis ſicut viri vtūtur pileis altis in capitibus ad altitudinem cubiti:⁊ quādo ſcribunt Soldano ſtatim fit quod petunt.

Nona natio.

¶ Suriani dicūtur a ciuitate Sur que eſt eminentioꝛ in Suria vel Aſſuria. Hij vtuntur in ſermone vulgari lingua ſarracenica in ſcripturis diuinis ⁊ officio miſſe lingua greca:habēt epiſcopos ⁊ cōſuetudinem grecoꝝ ſeruant ⁊ eis obediunt in omnibus cōficiunt in fermēto ⁊ habēt opiniones grecoꝝ cōtra latinos hos ſequūtur aliqui xp̄iani qui in terra ſancta vocantur Samaritani cōuerſi pꝛimo tēpoꝛe apoſtoloꝝ:ſed non bene ſapiunt in fide.

Decima natio.

¶ Moʒoꝛabes hij olim fuerunt multi numero in partibus Africe ⁊ Hyſpanie.ſed modo ſunt pauci:ſunt enim dicti moʒoꝛabes:quia modos chꝛiſtianoꝝ de Arabica in multis tenebāt. Iſti

vtuntur in diuinis officijs lingua latina ⁊ obediūt Romane eccl'ie ⁊ prelatis latinoꝝ ⁊ cōficiunt in azimo vt latini:ſed in multis diſcrepāt a latinis:quia in diuinis officijs habent horas valde prolixas:quia cū dies naturalis diuidit in vigintiquatuor horas diei ⁊ noctis tot officia hn̄t ſiue horas ⁊ pſalmos ac hymnos ac certas oōnes habent ⁊ nimis prolixas quas nō dicunt more latinoꝝ:nam illud ꝙ latini dicunt in pricipio ipſi dicūt in fine vel in medio: ſacramentū eucbariſtie diuidūt aliqui in ſeptē partes:aliqui i decem:eſt natio valde deuota in matrimonio nō coniunguntur:niſi perſonis ſue gētis ſiue nationis inter quas femina amiſſo primo marito nunꝗ̄ coniungitur alteri:|ſed permanet in caſtitate perpetua.

¶ Cauſa tāte diuiſionis inter xp̄ianos fuit ꝙ ab antiquis temporibus chriſtiani fuerūt aſtricti ⁊ impediti ne celebrarent cōſilia generalia ideo inſurgentibus hereticis in diuerſis partibus non fuit qui remedium apponeret.

Finis.